



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 19. Quæstio de residentia rursus agitata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

bita cum Cæsareis, quibuscum con-Sæcul. XVI.  
junctim agere jubebantur, haud ulterius A.C. 1562.  
procedendum existimabant, dummodo  
in Synodi actis nulla de continuatione  
mentio fieret: prospiciebant enim, quod  
concilii dissolutio inde secutra sit, si  
Hispanorum voluntati, qui etiam in  
prima sessione continuationis declara-  
tionem vehementer sollicitarunt, nimis  
pertinaciter resisteretur.

### §. XIX.

#### *Quæstio de residentia rursus agitata.*

**A**ppropinquante Sessionis ad quartam Sarpaus  
Junii diem indictæ tempore, ac Le-<sup>l. 6. p. 403.</sup>  
gatis nullum articulum ibi decidendum  
proponentibus, denuo quæstio de Re-  
sidentia movebatur, atque illi, qui  
hanc legem juris esse divini contende-  
bant, Principum Oratores sollicitabant,  
quatenus rem decidi postularent, caus-  
fantes, indecorum fore, si quæstio to-  
ties agitata, indecisa tamen relinque-  
retur, eoquod inde suspicandi ansa sup-  
peditaretur, perinde acsi ex privato  
quodam commodo ageretur, cum Præ-  
fulum potior æque, ac nobilior pars  
hanc definitionem exoptaret. Hæc pro-  
positio Legatos haud parum turbabat,  
qui tamen duntaxat allegabant, quod  
hæc quæstio haud levis esset mo-  
menti, nec satis adhuc discussa, atque

D 4

ad



Sæcul. XVI  
A.C. 1562.

ad exactam illius discussionem usque ad proximam Sessionem nimis arctum intercederet temporis spatium. Post ea fervente contentionis ardore Præsulum plures reclamare, ac inde recedere statuerunt, quinimo nonnulli re ipsa discessissent, nisi Oratores Synodi dissolutionem veriti, cum in hoc Papæ votis cedere nollent, suis petitionibus haud ultra institissent, sed potius Hispanos eo inclinassent, ut nec ipsi amplius declarari peterent, quod conventus nunc indictus non sit novum Concilium, sed duntaxat prioris continua<sup>tio</sup>: hæc Hispanorum mutatio Legatos eo inducebat, ut scriptotenus declararent, quod justis de caussis proxima Sessio propositarum quæstionum decisionem ad aliam Sessionem rejectura foret.

### §. XX.

*Cæsareorum, & Gallorum petitio de fidei dogmatibus non discutiendis.*

Postea Cæsaris æque, ac Franciæ Ora- tores proponebant, quod, cum quæstio de residentia in Sessione proxima decidi non possit, neque etiam de fidei dogmatibus in Protestantium absentia ageretur, nisi prius de eorum contumacia liquido constet, cum nullius utilitatis